

Transumptum trium literarum  
Ludovici Regis Hungariae sub  
nomine Janussii Doctoris Decre-  
torum, Decani et Cancellarij Cra-  
coviensis in forma vidimus  
editum.

Primis literis promittit Ludovi-  
cus Rex non repetiturum se de-  
bitum, quod ei Casimirus ratione  
regni Ruthenorum debebat pri-  
usquam idem integram ejusdem  
Regni possessionem adeptus fue-  
rit. Buda Die 24 Januarij An-  
no Domini 1355.

Alteris permittit mercatoribus ut  
sal ex regno Poloniae in regnum  
Hungariae usque ad civitatem  
Sarus advehere possint. Buda in  
festo conversionis sancti Pauli  
Apostoli Anno Domini 1355.

Tertiis literis Ludovicus Rex pol-  
licetur se Casimiro Regi contra  
Lithuanos in subsidium venturum,  
vel ipse si venire non potuerit ma-  
jores quam antea copias mis-  
surum. Datum Buda die 24 Ja-  
nuarij Anno Domini 1355. Tran-  
sumpti Anno eodem Kalend:  
Septembris. Ex Autographo sub  
sigillo civitatis Cracoviensis.

In nomine Domini Amen.

Novenint universi et singuli praesens  
transumptum seu transcriptum pu-  
blicum inspecturi. Quod nos Janussius.

Doctor decretorum, Decanus et Cancellarius cravviensis vidimus et diligenter inspeximus tres literas apertas sanas et integras omnique suspicionem carentes quarum tenor infrascriptus. quae quidem literae desigillis equalibus in rotunditate effigiis et signis ac literis circumferentialibus de cera communiter atergo sunt sigillatae. In superficie sigillorum praedictorum quaedam imago sedentis in Sede Regiae Mattis induta purpura coronata, habens sceptrum in manu dextra et globum cum cruce in manu sinistra literae circumferentiales cruce praemissa sunt istae. Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae Dalmaeciae, Croatiae, Slavoniae, Serviae, Galliae Lodomeriae. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum est talis

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae. Vobis Serenissimo principi Domino Casimiro eadem gratia Polonorum Regi, illustri avunculo nostro praedilecto assumimus et promittimus ac spondemus quod debitum quo nobis occasione Regni Ruthenorum tenemini quod ante recognovistis et super quo mediantibus literis vestris nobis existitis obligati a vobis non repetemus, nec vos impetere intendimus super ipso, vel illud exigere donec possessionem pacificam seu dominium prout praedecessores vestri

habuerunt obtinere ualueritis regni  
prenotati. Sed cum illam obtinueri-  
tis Deo Duce volumus ut Debitam  
ipsum plenarie prout tenemini per-  
solvatis. Datum Bude 24. Die men-  
sis Ianuarij Anno Domini 1355.

Item alia litera est talis.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungarie  
fidelibus nostris universis, prelati-  
baronibus comitibus, castellanis no-  
bilibus et aliis cuiusvis status et  
preeminentie hominibus, quibus  
presentes ostendentur salutem et gra-  
tiam. Noueritis quod nos ad carita-  
tivam et fraternalem instantiam et  
cellentis principis Domini Casimiri  
eadem gratia regis polonie fratris no-  
stri carissimi annuimus, ut sales Do-  
mini regis fratris nostri De Polonia  
usque civitatem nostram Sarus<sup>†</sup> et Lipto<sup>†</sup> <sup>†</sup>Stepesienj  
† et non ultra viensem<sup>†</sup> per Hungaros Polonos et ali-  
tenus cuiusvis Idiomaticis homines mer-  
catores libere et sine omni contradic-  
tione ac impedimento adducantur ven-  
ditiom exponendi. Igitur fidelitati vestre  
firmo edicto Regio precipientes manda-  
mus quatenus predictos mercatores cui-  
uscunque nationis existant, predictos  
sales de regno Polonie in regnum nostrum  
sali et usque civitatem nostram Sarus<sup>†</sup> in terra Stepesienj  
† et Liptovienj impertantes nullo modo presumatim im-  
pedire Sed eisdem libere incedere admit-  
tatis, aliud obtentu nostre Dilectionis  
facere.

facere non audentes et hoc volumus ubique  
in illis finibus palam facere & pro-  
clamari Datum Buda in festo conver-  
sionis Sancti Pauli Anno Domini  
1355.

Item tertia litera est talis.

Princeps Serenissime et frater charis-  
sime Domine Casimire illustris Rex  
Polonie. Quia pro presenti vestra expe-  
ditione quam contra Lithuanos vos fac-  
temini habiturum subsidium nostrum  
personale aut gentis opportune vobis  
per nos impendi fraternaliter exposui-  
tis. Viduo nos Ludovicus Dei gratia  
rex Hungarie promittimus ut si protine  
aliquo negotio impediti in ipsa expedi-  
tione personaliter interesse nequeamus  
Gentis tamen amplioris quam alias  
consueveramus presidium fraternali  
vestre celsitudini impertite promptas  
nos offerimus et paratos pro extermi-  
nio et confusione eorundem. Datum  
Buda 24 die mensis Januarij Anno  
Domini 1355.

Quibus quidem literis visis et diligen-  
ter inspectis inventisque sinceris in or-  
minibus ad instantem petitionem dis-  
creti Viri digni nicolai Skalce proci-  
ratoris Magnifici Principis Domini  
Casimiri Dei gratia Regis Polonie  
Illustris habens ad hoc speciale man-  
datum per Jacobum subscriptum  
publicum notarium auctoritate no-  
stra ordinaria transumi et conscribi

mandavi.

mandavimus et in hanc formam publici  
 documenti redigi, volentes et decer-  
 nentes ut huic transumpto deinceps  
 plena fides adhibeatur ubique locorum  
 ipsumque transumptum fidem faciat  
 in agendis ac si ipsae originales lites  
 vel apparerent. Quibus omnibus et  
 singulis sedentes pro tribunali autho-  
 ritate nostram ordinariam ad majorem <sup>et</sup> nihilominus  
 hujus rei evidentiam sigillum nostrum  
 dignum appendendum. Actum et  
 datum in Cracovia in castris circa the-  
 saurum magnifici principis domini  
 Casimiri Dei gratia Regis Polonie illu-  
 stris. Sub Anno Domini 1355. Indi-  
 ctione Decima Calendis Septembris  
 hora quasi completorii, presentibus his  
 testibus Petro et Voislao Subthesau-  
 rariis domini regis predicti, Henrico  
 de Kuscow Notario Polonie regis pre-  
 fati, Joanne procuratore Ecclesie  
 de Zagorze, et aliis fide dignis.

Et ego Jacobus quondam Nicolai de  
 Pazonow clericus Cracoviensis dioc-  
 sis, publicus auctoritate imperiali  
 notarius exhibitioni literarum, una cum  
 prescriptis testibus presens interfui  
 et ea omnia requisitus per Venera-  
 bilem virum dominum Janussium  
 Doctorem decretorum, Decanum et  
 cancellarium Cracoviensem in hanc  
 publicam formam redigi meoque si-  
 gno et nomine consignavi in testi-  
 monium premissorum.

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written in a dark ink on aged, yellowish paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing slightly faded or less distinct than others. The overall appearance is that of a well-used, possibly legal or administrative, record from a past era.